

Band VI., Nr. 1648, Seite 47

Papst Urban IV. befreit die Kirchen, Häuser und Besitzungen des Ordens der Kirche zum Hl. Grabe in Jerusalem von allen Abgaben, welche nicht durch besondere, des gegenwärtigen Gebotes ausdrücklich erwähnende päpstliche Verordnungen auf dieselben gelegt werden.

Viterbo, 1262. Februar 18.

Vrbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, . . . priori et capitulo ecclesie Dominici Sepulchri Jerosolimitani, ordinis sancti Augustini, salutem et apostolicam benedictionem. Circa sanctam Jerosolimitanam ecclesiam, de cuius regimine benignitas conditoris omnium, prout dignanter sibi placuit, nos licet immeritos ad apostolice dignitatis fastigium evocavit, illa de causa potissime affectum gerimus specialem, quia deus et redemptor noster dominus Jesus Christus eam sua corporali presencia insignem reddidit et venerandam universitati fidelium stabilivit. Hinc est, quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati auctoritate vobis presencium indulgemus, ut vos seu priores aut rectores vel fratres prioratum, ecclesiarum, domorum et membrorum vestrorum ad contribuendum in aliquibus collectis, talliis seu pecunie summis aut exactionibus aliis, quocumque nomine censeantur, aut ad exhibendum vel prestandum easdem pro quavis persona, ex quacumque causa ipsas imponi contingat, racione ecclesiarum, domorum seu quarumcumque possessionum vestrarum minime teneamini nec ad id compelli aliquatinus valeatis auctoritate litterarum apostolice sedis vel legatorum ipsius impetratarum vel eciam impetrandarum absque speciali mandato sedis eiusdem faciente plenam et expressam de indulto huiusmodi et Sepulcro Dominico mencionem. Nos enim excommunicationis et interdicti sentencias, si quas in vos vel aliquem vestrum contra tenorem indulti huiusmodi a quoquam promulgari contigerit, decernimus irritas et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

 Datum Viterbii, XII. kalendas Marcii, pontificatus nostri anno primo.

Nach einem Vidimus des Dekans Diemar von Esslingen vom 26. November 1313 auf Pergament, dessen Siegel fehlt.

 Es sind noch zwei weitere undatierte Vidimus, das eine vom Esslinger Dekan Eberhard von Schriesheim, das andere vom Esslinger Dekan Heinrich (um 1320), vorhanden.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 480 U 1

Überlieferung und Textkritik:

Vidimus von Dekan Heinrich zu Esslingen, s.d. Vidimus von Dekan Eberhard gen. von Schriesheim zu Esslingen, s.d.: HStA Stuttgart A 480 U 2. Vidimus von Dekan Diemar zu Esslingen von 1313 November 26: HStA Stuttgart A 480 U 3.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Viterbo

Ortsindex:

Denkendorf Wohnplatz (319)
 Denkendorf, ES
 Viterbo, Latium, Italien